



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Mantvano Episcopo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

treugas inter carissimos in Christo filios nostros Phil. Francorum & R. Anglorum Reges illustres juxta mandati nostri tenorem initas & firmatas auctoritate apostolica confirmamus &c. Decernimus ergo &c. Datum Laterani III. Kal. Aprilis.

MANTVANO EPISCOPO.

*Epiſt. 26.
Quod Capitu-
lū Tarvisinum
decernat abſo-
lutum ab impe-
tione ſuper
Præpoſitura.*

Meminimus nos olim venerabili fratri nostro Episcopo & dilectis filiis Capitulo Tarvisin. nostris dediffe literis in mandatis, ut Præposituram Ecclesiae Tarvisinæ, quæ ultra duodecim annos vacaverat, cuius etiam donatio ad nos auctoritate Lateran. Concilij fuerat devoluta, dilecto filio B. Subdiac. nostro sine aliqua difficultate conferrent. Tibi etiam, si bene recolimus, auctoritate fuit apostolica mandatum ut prædictis Episcopo & Capitulo in execuſione mandati nostri cefſantibus, non obſt, ſacramento quod dicebantur de non eli- gendo Præpoſito preſtitifc, cùm id exequi eorum non eſſet juramento contrarium, & juramentum iſpum videretur minùs fuſſe diſcretum, ſublato appella- tionis obſtaculo de prædicta Præpoſitura eundem B. non differres aliquatenus investire, & in poſſeſſionem inducere corporalem. Sanè prædicti Episcopus & Capitulum dilectos filios Walper- tum Subdiaconum noſtrum & Tolber- tum Canonicos Tarvisinos ad noſtram poſtmodum præſentium destinantes, no- bis exponi fecerunt quod litteræ illæ ad falsam fuerant ſuggeſtionem obtentæ. Super hoc enim mentio facta non fue- rat, quod cùm per quoſdam Præpoſi- toris, qui curam bonorum canonica Tar- visinæ gerebant, eadem uſque adeo di- ſtricta fuſſet, quod vix poterant in eis prædicti Canonici congruē ſuſtentari, ad tantum incommođum removendum iidem Canonici cum bona memorie C. eorum Episcopo & quibusdam aliis prædeceſſoribus communiter ſtatuerunt ut unum de Canonicis iſpis auſſuerent an- nuatim, qui vice Præpoſiti ad iſpofum commođum bona ejusdem canonica diſpensaret, & viginti fratres in eadem Ecclesia ſemper eſſe deberent Domino militantes. Quam conſtitutionem felicis recordationis Alexander, Lucius, Urba- nus, & Clemens prædeceſſores noſtri au- toritate apostolica conſirmarunt, ſicut ex priuilegiis eorundem nobis innotuit

maniſte. Cūm igitur noſtræ voluntatis vel propositi non exiſtat ut antecetto- rum noſtrorum privilegia vel indulta ſuggeſtione cujuſlibet violentur, præſertim cūm mendax preceptor carere debeat impetratis, nō ſque iſpi Subdiacono, qui, ſicur credimus & ſperamus, ſtatut illud penitus ignorabat, alias congruē fecerimus provideri, fraternitatit tuæ per apostolica ſcripta mandamus qua- tenus prædictos Episcopum & Capitu- lum, quos ab impetione prædicti Sub- diaconi duximus penitus absolvendos, noſtra fretus auctoritate denunties peni- tūs absolutos, in irritum appellatione ceſſante reducens quicquid occaſione li- terarum illarum per te contra iſpos fa- ciatum eſt vel ſtatutum. Datum Laterani III. Nonas Aprilis.

Scriptum eſt Episcopo & Canonicis Tar- visinis in modum indulgentiæ.

POTESTATI ET POPVLO
Tarvisin. [Sine ſalutatione.]

Non merita veſtra, quæ demerue- runt penitus gratiam ſedis apo- ſtolicæ, noſ inducunt, ſed movent & mo- net potius debitum officij pastoralis, ut contumaciam veſtram ſolicitare literis procuremus, ſi forſan adjiciatis reſurge- re, nec, ſicut hačtenus, ſemper in dete- riore corruiatis, vel ſi in cœpta malitia du- xeritis perſiſtendum, admonitionem ul- tio debita ſubsequatur, & ferro curentur vulnera quæ fomentorum non ſen- tiunt medicinam. Expeſtavimus etenim hačtenus, ſi forſan patientia noſtra vos ad pœnitentiam revocaret, ut accuſante conſciencia per vos iſpos dijudicare- tis ac condemnaretis actus veſtros, & tandem reſiſcentes à malo, Deum vo- bis per condignæ ſatisfactionis opera placaretis, & Romanam Eccleſiam, quam laefiſtiſ. Verū patientia noſtra vo- bix hačtenus (ſicut appetet ex opere) viſa eſt tribuiffe materiam malignandi; ita quod indurato corde, nec accuſantium vo- bix in- teriū cogitationum aculeos ſentiatis, nec fomentum eccleſiaſticæ disciplinæ, quæ ad correctionem veſtram civitatem Tarvisin. ſuppoſuit ſententia interdicti: ſicut de vo- bix jam dicere valeamus: Cu- ravimus Babylonem, & non eſt fanata. Pe- cator enim dum vene- rit in profundum vi- torum, contemnit. Olim ſiquidem (ſicut accepimus) civitatem Feltren. ad Fel-

*Epiſt. 17.
Horum ea-
quid redauit
ad Eccleſiam,
& facioea co-
rum emendauit.*